



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 97. Papæ epistola ad Helvetiorum Episcopos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

**Sæcul. XVI.** que illum Cæsar obsecraret atque obtemperaretur, ipse tamen nihil se polliceri posse affirmavit: igitur a Cæsare dimisus Heidelbergam profectus est, inde ad suam ditionem reversurus: Cæsar vero interea recta Ratisbonam contendit. Eadem die prima Aprilis Protestantum Deputati Wormatiæ convenerant, de summa rei consulturi, postquam autem Landgravius datis ad Saxoniam Electorem literis eidem significaverat, quod Spiræ a Cæsare perbenigne fuerit exceptus, mox Deputati acceptis hisce Landgravii literis die vigesima tertia Aprilis Conventum solverunt, ut Ratisbonæ, quo alioquin brevi ad Comitia contendere jubebantur, de cunctis hisce negotiis deliberarent.

## §. XCVII.

*Papæ epistola ad Helvetiorum Episcopos.*

*Sleid. l. c.*

Die undecima Aprilis Papa datus litteris Sedunensem & Curiensem Episcopos, nec non quosdam Helveticæ ditionis Abbates ad Concilium generale Tridenti inchoatum invitavit; *Aequum enim est*, inquiebat Pontifex, *ut & vos qui Ecclesiam Helveticam representatis, imprimis eo veniatis: nam nationis vestrae populus valde mibi præ ceteris est.*

68

carus, eo quod sitis tanquam peculiares Sæcul XVI.  
Sedi Apostolicæ, & libertatis Ecclesiæ A.C. 1546.  
fasticæ defensores: venerunt jam Tri- Paul. III.  
dentum valde frequentes Episcopi ex Ita- lib. Brev.  
lia, Galliis, Hispania, & augetur quo- ann. 12. p.  
tidie numerus: itaque non est decorum,<sup>274</sup>  
vos, qui estis vicini, a longinquieribus Extat hoc  
præveniri: gens vestra est non parva sui Raynald. hoc  
parte contaminata hæresibus, eoque ma- ann. n. 57.  
gis indiget Concilio: tarditatem igitur  
istam diligentia nunc resarciat, & mox  
eo vos conferatis, omni postposita mora,  
nisi pñnam legibus præscriptam, & ne-  
glecti officii neque præstite obedientiæ  
crimen incurvare velitis, quam quidem  
obedientiam per iusjurandum Sedi Apo-  
stolicæ promisisti: cetera nuntiabit vo-  
bis Legatus, ac denique rogo, ut ei fi-  
dem habeatis (\*). Attamen Helvetii  
Mm 2 Epi-

(\*) Observes velim, quod epistola Pontifi-  
cis longe aliis concepta sit verbis, neque ullam  
anathematis mentionem faciat, ut videre est  
apud Raynaldum l. c. ex hoc autem probe co-  
gnoscet Lector, quam exiguum fidem iis, quæ  
Sleidanus pro suo arbitrio narrat, addit, demit,  
& immurat, habere possit, neutiquam vero ex-  
cusandus est Continuator, eo quod neglectis au-  
toribus fide dignissimis maluerit ad putidos  
hæreticorum & malevoloru[m] fontes recurrere,  
uti sunt Sleidanus, Paulus Sarpi, Thuanus &c.

**Sæcul. XVI.** Episcopi hisce Papæ rationibus parum  
**A.C. 1546.** commoti videntur, cum illorum potissi-  
 mi in suis Diœcesibus permanferint.

## §. XCVIII.

*Coloniensis Archiepiscopus a Papa  
 anathemate percussus.*

*Pallav. hist.* **C**um vero Clerus, atque Universitas  
*Conc. Trid.* Coloniensis litem suam adversus  
*l. 7. c. 1. n. 1.* suum Archiepiscopum magno studio ur-  
*& seq.* gerent, nec non judicii acta contra il-  
*Steid. l. 17.* lum Romæ incopta ad exitum deduci  
*p. 580.* ardenter sollicitarent, hinc summus Pon-  
*Thuan. l. 2.* ad hunc ann. tifex die decima sexta Aprilis lata ana-  
*ad hunc ann.* thematis sententia *illum, eo quod sue sa-*  
*lutis immemor, contra regulas & doctri-*  
*nam Ecclesiasticam, & Apostolorum tra-*  
*ditiones, contra Christianæ Religionis*  
*consuetos in Ecclesia ritus atque ceremo-*  
*nias, contra Leonis X. censuram, adver-*  
*sus Lutherum atque socios editam, non*  
*uno modo peccarit, ab Ecclesiæ commu-*  
*nione submovet, & Archiepiscopatu ce-*  
*terisque Sacerdotiis omnibus, & privi-*  
*legiis, & facultatibus privat, & ipsius*  
*ditionis populo mandat in universum, ne*  
*deinceps ei pareant, jusjurandum etiam,*  
*quo sunt ei devincti, remittit, eique si-*  
*lentium imponit, & ut sumptum litis*  
*adversæ parti restituat, edicit.*

Hac